



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

14. Quomodo sancti mortem desiderent, & mortem formident.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Morieris: Hic est humani officii finis. Quis sanus auctorati molestè tulit: Quò transiit Orbis, ego transibo. Ad hanc conditionem cuncta gignuntur. Quod cepit, desinet. Morieris. Non adeo grave est, quod tantum semel patiendum est: aeterna verè cruciant. Nunc certè minus, mors formidanda quàm olim: siquidem olim obstructo celi aditu, hoc unum omnes ingemiscabant:

Noctes atque dies pater atri janua ditis.

Nunc verò læti canimus:

Noctes atque dies pater alti janua celi.

Ingenti itaque animo mors provocanda est, siue nos horribili vastoque impetu aggrediatur, siue quotidiano & vulgari exitu: nihil refert quàm minax veniat, quod à nobis petit minimum est. Nunquam malè de morte sensit, qui bene vixit; neque aliquid perdit, qui acquirit omnia.

De morte non malè sensit qui bene vivit.

§. 14. Quomodo Sancti mortem desiderant, & tamen formidant.

Lib. 31. moral. cap. 16. an. 104. Cur Paulus carne expoliari formidat.

Videamus Paulum, inquit Gregorius, quomodo amet, quod refugit; quomodo refugiat quod amat. Ecce & mori desiderat, & tamen carne expoliari formidat. Cur hoc: quia etiam victoria in perpetuum lætificat, ipsa nihilominus ad præsens pœna perturbat: & quamvis vincat amor subsequens muneris, tangit tamen non sine mœnore animum pulsus doloris. Sicut enim vir fortis cum vicino belli certamine armis accingitur, & palpitatur & festinat, demit & lævit: quasi pavere per pallorem cernitur, sed per iram vehementer urgetur: ita vir sanctus cum palli ni se propinquare conspicit, & naturæ suæ infirmitate concutitur, & spei suæ soliditate roboratur, & de vicinâ morte trepidat, & tamen quod moriendo verius vivat, exultat. Ad regnum quippe non potest nisi interpositâ morte transire: & ideo confidendo quasi ambigit, & quasi ambigendo confidit: & gaudens metuit, & metuens gaudet, quia scit quod ad bravium quietis non perveniat, nisi hoc quod interfacit, transcendat. Hinc etiam sanctissimi viri ad mortis occursum non nihil trepidant. Ezechias Rex invalescente agitate tabescens flebiliter lamentatur, quod in dimidio dierum suorum vadat ad portas inferi. Quid? Nonne ab ipso Davide, vocem illam expressit mortis formido: Ne revoces me in dimidio dierum meorum: Quid de Abrahamo, Jacob, Eliâ dicemus: qui etiam, ut è paginis sacris discimus, mortem timerunt, sed moderatè. Elias mortis fugitans, mortem tamen sub a junipero invitavit.

Isaie c. 38. vers. 10.

Psal. tot. vers. 25.

3. Reg. c. 19. vers. 4.

2. Sub umbra crucis Christi.

Surius in vita Arsenii c. 27. die 19. Iulii.

L. 2. de Ira. cap. 3.

h. Summa, hoc est, extrema partes, manus, pedes, labia.

c. Guil. Zenoar. lib. 5. de vita Caroli V.

Artenius, vir centum viginti annorum, nullo unquam morbo tentatus, postquam annis quinquaginta quinque servisset Deo, jam migraturus è vitâ, non nihil trepidare cepit, imò & lacrimis madere. Præsentis hoc mirati: Etiam tu pater, ajunt, mortem metuis? At ille: Revera, inquit, ex quo monachum indui, hanc horam formidare nunquam desii. Ad rem præclare dixit Seneca: Itaque & fortissimus plegumque vir, dum armatur, expalluit: & signo pugnae dato, ferocissimo militi paululum genua tremuerunt: & magno imperatori, antequam inter se acies arcerent, cor exiluit: & oratori eloquentissimo, dum ad dicendum componitur, h. summa riguerunt. Hoc prorsus videtur evenisse Carolo V. maximo Imperatori, qui in omnibus bellicis expeditionibus animosissimus, ad omnia pericula impavidus; qui ad nullum curulis tormenti tonitru expalluit, nec caput submisit: nihilominus cum ante praelium thorace ferreo armaretur, non nihil cohortescere solebat, & pallore suffundi. At verò ubi jam galea capiti, gladius lateri, lorica corpori harebat, leonem spirans, in hostem velut ferreus gigas ferebatur.

Ita mortem optimi quique & desiderant & formidant, cupiunt exire & metunt. Sed præstat cum Catone mori quàm cum Antonio vivere. Mortem vicit qui dextrè passus est à morte se vinci.

§. 15. Mors mala vitam malam sequitur.

Verumadmodum arbor incisa illac ruit quâ propendit: ita plerumque quâ propendimus dum vivimus, illac cadimus cum morimur: pede quo cepimus, semper imus. Monstro simile, si vitam pessimè actam mors claudat laudabilis. Quæ viventi fuere in deliciis, eadem recurrant morienti. Aulicus Regis Cœredi famulus qui magis suo domino, quàm Servatori Christo placere studuit, cum ad extrema venisset, conscientie curam non tam negligere quàm differre videri voluit. Demum ubi cacodæmones cum ingenti flagitiorum codice triumphantes vidit, desperans salutis obiit. Dum impius Chrysaorius, Inducias clamat, inducias vel usque mane, negatis induciis expirat. Herodes Agrippa prout flagitiis vitam implevit, sic & mortem. Herodias filatrix quæ Baptista caput carnifici secandum objecit, etiam suum caput glacie sectum amisit. Sic Jezabel & Athalia Reginæ, sic Reges Benadad & Balchazar, sic Antiochus, sic alii sexcenti, qualem egerunt vitam, talem habuerunt & mortem.

Mors sapientum gemenda, sed multò magis stultorum vita. Mors peccatorum pessima, & aeternitatis luctuosissima ingressus sine ullo exitu irrevocabilis. Stultè mortem timeret, qui vitam negligit. Qui luxuria vivit, vivus moritur.

§. 16. Mors bona vitam bonam sequitur.

Verissimè dixit Augustinus: Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit. Neque enim facit malam mortem nisi quod sequitur mortem. Nimium boni seminis bona messis est. Regia ad bonam mortem via vita bona est, vita bona: is gradus ad vitam primus, is medius, & ad bonam ultimus est. Vitam & mortem non malè syllogismo mortem comparem: syllogismi finis, conclusio est; vitæ, mors. At vero conclusio vera est aut falsa, pro antecedentium naturâ: sic omnino mors bona vel mala est, prout antecesserit bona vel mala vivendi ratio. Ita divinus Paulus severè pronuntians: Quorum finis, inquit, erit secundum opera eorum.

Memoranda mors fuit sanctissimi martyris Felicis, qui, cum ad supplicium duceretur, sibi ipse gratulatus altâ voce: Virginitatem, inquit, cultodivi, Evangelia servavi, veritatem prædicaui, nunc flecto cervicem Deo vitæ. Narrant religiosissimæ vitæ virum subitâ morte occupatum, repertum esse mortuum in mense, illo qui dem corporis habitu, ut digitum servaret intentum sacris biblis, & illi etiam pagina, in quâ Sapientia præmonet: Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus, seu lenta seu subita.

Mellissimus ille Bernardus aeternitatis jam vicinus, suos ultimum affatus: Quia, inquit, non magna religionis exempla vobis relinquo, tria tamen, quæ magis à me observata memini, sedulo imitanda commendo. 1. Minus sensui meo quàm alterius credidi. 2. Læsus à lædente vindictam non expeti. 3. Neminem unquam offendere volui: quiddam contra evenit, sedavi ut potui. Jam proximus morti, epistolam tamen ad Arnaldum Bonavallis Abbatem dictavi in hæc verba: Spiritus promptus est in carne infirmâ. Orate Salvatorem, ut tempestivum jam exitum non differat, sed custodiat. Curate munire vortis calcaneum nudum meritis: ut is qui insidiatur, invenire non possit ubi figat dentem, & vulnus infligat.

Gerardus & genere & religione Bernardi frater, hoc ipsum quod affirmamus (mortem bonam bonæ vitæ conjungi) affatim demonstravit, sed de hoc Bernardum ipsum, quem ipse dolor disertum fecit, loquentem audiamus: Utinam, inquit, non te amiserim sed præntimam, utinam vel tardè aliquando sequare te quocumque ieris. Non enim dubium quin ad illos ieris quos circa medium

Lib. 1. de Civ. cap. 11. vers. 15.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Bedæ lib. 5. hist. Angl. c. 14. init.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.

Greg. 10. 12. cap. 38.

Baron. 104. an. 46. n. 4. vers. 22.